

The Electronic *Manipulus florum*
www.manipulusflorum.com

Gloria mala siue uana ab
cum fonte primo

Quid profuit illis inanis gloria, breuis leticia, mundi potencia,
carnis uoluptas, false diuicie, magna familia et mala concupiscencia?
Vbi risus, ubi iocus, ubi iactancia, ubi arrogancia?

De tanta leticia, quanta tristitia!

Post tantam uoluptatem, tam grauis miseria!

De illa exultacione ceciderunt in magnam ruinam et magna tormenta.

Quicquid illis accidit, tibi accidere potest, quia homo es; homo de humo, limus de limo.

De terra es et de terra uiuis et in terram reueteris,

quando ueniet dies ultima que subito uenit, et forsitan hodie erit.

Certum est quia morieris, sed incertum quando aut quomodo uel ubi.

Quoniam mors te ubique exspectat, tu quoque, si sapiens fueris, ubique eam exspectabis.

Hugo ibidem (libro I. de anima).

Quid profuit illis inanis gloria, brevis laetitia, mundi potentia,
carnis voluptas, falsae divitiae, magna familia, et mala concupiscentia?

Ubi risus, ubi jocus ubi jactantia, ubi arrogantia?

De tanta laetitia, quanta tristitia!

Post tantillam voluptatem, quam gravis miseria!

De illa exsultatione ceciderunt in magnam miseriam, in grandem ruinam et in magna tormenta.

Quidquid illis accidit, tibi accidere potest, quia homo es: homo de humo, limus de limo.

De terra es, et de terra vivis, et in terram reverteris,

quando venerit dies illa ultima, quae subito veniet; et forsitan hodie erit.

Certum est quia morieris; sed incertum quando, aut quomodo, vel ubi.

Quoniam mors ubique te exspectat, tu quoque, si sapiens fueris, ubique eam exspectabis.

Auctor incertus (Bernardus Claraeuallensis?), *Meditationes piissimae de cognitione humanae conditionis*, 3.9-10 (PL 184, col.491B-C).